Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Sr. Hi.

destruere. Crisostomus. Omnis qui propter malus civitatem ad voluntatem suam a manu mittit in deum et occidit eum. Qui est precepta dei conculcat qui murmurat contra dominum et turbato vultu aspicit celum nonne sicut potuisset manu mitteret in deum et occideret eum ut ei liceret peccaret. Rabanus. Sed dum quis timet mittere manum in ihesum propter turbam: cotidie secta gentium cum quibus solo nomine fit fidei et pacis unitatem quam non diligit propter turbas cohabitantes vel erubescit impugnare vel timet.

iomel'

Et respondens ihesus dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias: et nolebant venire.

Quia dixit. Crisostomus. Auferatur a vobis regnum et dabitur genti facienti fructus eius hic ostendit cui genti vel quando. Et respondens ihesus dixit iterum in parabolis dicens. Simile factum est regnum celorum et cetera. Glossa. Dicit respondens id est obviando pravis cogitationibus eorum de morte sua. Augustinus. Parabolam autem istam solus matheus narrat. Similem quidam et lucas commemorat sed non est hec sicut et ipse ordo indicat. Gregorius. Hic per nuptias presens ecclesia illic per cenam eternum et ultimum convivium designatur. Ad hanc et cetera ad illam non intrant. Ad illud quisque semel intraverit ulterius non exibit. At si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem. Tolli-

fcm

deqtu eun

Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandium meum paravi tauri mei et altilia occisa et omnia parata venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt et abierunt alius in villam suam alius vero in negotiationem suam. Reliqui vero

gi forsitan potest quod expresso eo qui cum nuptiali veste non venerat: quod lucas tacuit: matheus dixit. Quod vero ille prandium cena hic vocatur non est. Neque quia obsideat quod cum ad horam nonam apud antiquos cotidie prandium fieret ipsum quoque prandium cena vocabatur. Augustinus. Regnum autem celorum tale est secundum eum quia deus qui regnat homini regi. Sed eum a quo regnat filio regis. Sunt ea non quod sunt in regno regis. Servos autem civitatis ad nuptias sunt quos extra exercitus regis. Ad dictum est autem homini regi ut hominibus quia homo loquitur et dispenser homines non capientes dispensari a deo. Sed tunc cessabit regnum celorum esse tale hominum cum cessante zelo et contentione et residuis passionibus et peccatis cessaverit secundum hominem ambulare et videbimus eum

te